

Rector Academiae Rostochiensis, Johannes Cothman, S. S. Theologiae Doctor & Professor. Ad Exequias Quas Virgini Pudicissimae Sophiae-Mariae Barners/ adornat, Moestissimus Tutor. Omnium ordinum Cives Academicos diligenter invitat ad horam mediam primam in aede Jacobaea

Rostochi[i]: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74682890X>

Druck Freier  Zugang





Cothman, J.,


in S.M. Barner.

R. 1639.

69







RECTOR

Academiae Rostochiensis,

JOHANNES COTHMAN,

S. S. Theologiae Doctor &
Professor.

AD EXEQUIAS

Quas

VIRGINI PUDICISSIMÆ

SOPHIÆ - MARIAE

BARNESE /

adornat,

Mœstissimus Tutor.

*Omniū ordinum Cives Academicos diligenter
invitat ad horam mediam primam in eade Jacobæa.*



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

Anno M DC XXXIX.

138.

104

RECTOR

Academicus Professor

JOHANNES COHMANN

Thologie Doctor &

Rector

AD REGIUM

Qua

IRGINI PUDICISSIMAE

SOPHIAE MARIAE

1730



Mecklenb.

Quam ordinavit

ROSTOCK

ROSTOCK

Typ. Nicolai Kuhlmanni Typogr.

Anno MDCCLXXXV



RECTOR

Academiæ Rostochiensis

JOHANNES COTHMAN

SS. Theolog. Doctor &

Professor.

Inter illos titulos, quibus Servator
noster immensum suum erga genus
humanum amorem abundanter cō-
testatur, meritò primus est, quod se
Ecclesiæ spōsum vocat. Unde ex na-
tura relatorum Ecclesiæ Christi sponsa non semel
in Apocalypsi appellatur. Sicut n. sponsus sponsam
suam casto & laudabili prosequitur amore, nihil cū
libidinoso spurco, ac illicito commercium habente.
Ita Christus Ecclesiæ sponsus spiritualis. Spon-
sam suam Ecclesiā amat dilectione tali quæ ma-
jorem non agnoscit; animam enim suam siue vi-
tam pro Ecclesiā posuit. De qua dilectione pau-
lus inquit: Commendat Deus e charitatem suam

B 2.

erga

erga nos quoad cum essemus peccatores Christus pro
nobis mortuus est. Deinde sicuti sponsus sponsam
suam, quantum potest defendit, ita Christus spiri-
tualis sponsus, Ecclesiam contra Diabolum, impi-
um mundum, & quosvis hostes protegit ac tuetur.
Unde sponsa; Ecclesia scilicet hac de sponsi sui defen-
sione certa. confidenter ait ex Psalmo 46.

Robur & auxilium est nobis Deus ipse repertus
Per mala quæ passi pernitiōsa sumus.
Viribus idcirco non deturbabitur ullis
Nam Deus ipsius mane tuetur opes.


Tertio quem admodum sponsus sponsam suam
nutrit ac de necessariis sæpe vitæ subsidiis prospicit:
Non aliter Christus Ecclesiam suam verbo & sa-
cramentis spiritualiter fovet, ac vivam animo
ingerit consolationem, omni cito corporali sua vio-
rem. Quarto sicuti sponsus & sponsa fœdus in-
cunt, non nisi morte dirimendum, ita Christus cum
Ecclesia sese desponsavit in aeternum, in iudicio, iu-
stitia & misericordia, & fœdus hoc à parte DEI
tam constans ac ratum est, ut nihil illud possit vio-
lare, nisi à parte sponsæ mors spiritualis; peccata
scilicet, regnantia interveniant. Quis enim nos se-
parabit à dilectione, quæ est in Christo Jesu. Quin-
to sicuti sponsus fidelitatis & amoris tesseram
Spon-


Sponsa sua donat, oblatione annuli aut alterius mu-
nusculi, ut scilicet hoc pacto de amore constanti redda-
tur certior. Ita Christus Ecclesia sua donat Spiri-
tum sanctum, amoris divini indubium testimoni-
um; Spiritus enim sanctus, testatur cum Spiritu
nostro, quod sumus filij Dei. Ex hisce & longè
pluribus si instituti ratio pateretur, collationibus
patet, non aberrasse à veritate S. Bernhardum
quando sermone de passione Domini inquit: pau-
cis dico, solent sponsa nondum alligata conjugali
vinculo, amari ardentius quam postea. Tempore
enim procedente amor ipse componitur. Quod
si verum, uti verissimum est, quam acerbum vul-
nus inflictum sit præstantissimo ac Doctissimo Dn.
HERMANNO Deutschen / S. S. Theol Studio-
siss. Defunctæ nostræ SOPHIAE Barneris /
Sponso. Postquam enim dictus HERMANNVS
Deutsche / virtutes defunctæ nostræ conspiceret,
honeste illam amare cepit. Cumq; parentibus ab
anno ætatis quarto orbata fuisset, consilio & suf-
fragio tutorum singulari procul dubio Dei provi-
dentia, huic HERMANNO Deutschen / de-
sponsata fuit. Cumq; illius esset Sponsa, illa egit
quæ pudicam sponsam decent, sponsum enim affe-
ctu pudico ac sponsam exornante prosequuta fuit.

Et si Deo clementissimo ita visum fuisset, jam pri-
dem quidem nuptia inter has personas animo &
affectione conjunctissimas, contracta fuissent. Sed
sicuti eventus docet, Deo aliter visum fuit, dum il-
lam nondum Sponso suo corporaliter conjunctam,
tamen spirituali Sponso spiritualiter adunitam, ex
hac vita evocavit. Nata vero est haec pie defun-
cta virgo & Sponsa Anno 1717. circa festum Mi-
chaelis, Patre viro Generoso & nobilissimo Dn.
GOTSCHALK Barnern / hereditario in
Schim. Matre lectissima ac pudicissima foemina
SOPHIA Müller / Avum paternum habuit
Virum Generosum ac Nobilissimum Dn. SEBA-
STIANUM Barnern / hereditarium, itidem in
Schim / Et tum temporis Ducum Megapolensium
praefectum in Dobberan. Avus maternus fuit,
Vir integerrimus, & Urbis hujus dum vivebat,
civis primarius ac patricius Dn. MATTHAE-
US Möller / Avia paterna fuit Agneta Groten /
ex antiqua Grotiorum familia oriunda. Avia
materna, nobilissima omniumq; virtutum, sextu
muliebrem exornantium decore conspicua
MAGDALENA Preens. Ex his nobilibus ac
primariis majoribus orta nostra defuncta, per la-
vacrum regenerationis ac renovationis Christo
fuit

fuit ad ducta. Et postquam in ipsa tenella etate
anno scilicet, etatis quarto dulcissimos amisisset pa-
rentes, aliorum tutela ac cura commissa fuit, usque
ad annum agens vigesimum singulari Dei pro-
videntia, consensu illorum quorum interfuit de-
sponsata fuit prænominato Dn. HERMANNO
Deutschen/præterito die veneris, qui erat 26. A-
prilis Apoplexia labore incepit, usque ad 29. ejus-
dem, tum morbi vehementiâ superatâ, circa 10.
vespertinam placidè in Domino obdormivit. Et
quamvis infirmitatis violentiâ, actus secundus
rationis non nihil fuerit impeditus nulli tamen de
beata emigratione dubitamus, sana enim adhuc,
verbum Dei sedulo ac diligenter audiuit, imo du-
rante ipsa infirmitate, complicatis manibus verba
Psalmi 25. magna devotione recitavit. **Her-
gedencke nicht der Sündemeiner Jugend vund
meiner Ubertrettung/gedencke aber meiner nach
deiner Barmherzigkeit/vmb deiner Güte wil-
len.** Et pietatis defunctam nostram fuisse studio-
sam, perpetua mortis meditatio testari potest, quæ
in Sponsis, præsertim in vegeta adhuc etate consti-
tutis solet esse rara. Indicium autem indubium,
meditationis mortis est, materia cõcionis funebris
habenda electio ex Psal. 42, ex illis quidem ver-
bis


bis: Wie ein Hirsch schreyet nach frischem Was-
ser / so schreyet meine Seele H E R X zu dir.
Et hanc materiam à se esse electam, non solum vi-
va voce aliis sapius indicavit, sed & libello si for-
san morte præveniretur, inscripsit. Relictus Spon-
sus mæstissimus Dn. HERMANNVS Deutsche/
S. S. Theolog. Studiosiss. à vobis civis Acade-
mici, id petit, quod singulis vobis fieri exoptatis mor-
tuis, scil. ut frequentes eatis exequias. Quod ipsa
suadet æquitas. Si enim Deo placuisset invitasset
quosdam vestrum ad nuptias. Qui ergo animum
habuissetis comparendi in nuptiis. Facite ut idem
appareat in exequiis. Fiet vero conventus in eade
Jacobaa hora media prima. Inter eundem verò
cum vosmet ipsos; tum miserrimam temporum
horum faciem devotis precibus Deo clementissimo
commendate, utq; aliam pacem Germania af-
flictissima restituat petite. P. P. sub sigillo
Academia 2. Maji Anno 1639.







fuit ad ducta. Et postquam in ipso
anno scilicet. aetatis quarto dulcissimi-
rentes, aliorum tutela ac cura con-
dum annum agens vigesimum se-
videntia, consensu illorum quor-
sponsata fuit prænominato Dn. E.
Deutschen/præterito die veneris
prilis Apoplexia labore incepit,
dem, tum morbi vehementiâ sup-
vespertinam placidè in Domino
quamvis infirmitatis violentiâ
rationis non nihil fuerit impeditu-
beata emigratione dubitamus, sa-
verbum Dei sedulo ac diligenter a-
rante ipsa infirmitate, complicatis
Psalmi 25. magna devotione. re-
gedencke nicht der Sünde meiner
meiner Ubertrettung/gedencke a-
deiner Barmherzigkeit/ vmb die-
len. Et pietatis defunctam nostr-
sam, perpetua mortis meditatio te-
in Sponsis, præsertim in vegeta ad-
tutis solet esse rara. Indicium aut-
meditationis mortis est, materie c-
habenda electio ex Psal. 42. ex ill-



the scale towards document

ate
et pa-
usq;
pro-
ut de-
NO
6. A-
ejus-
a 10.
Et
ndus
en de
huc,
du-
berba
Err
bund
nach
wil-
adio-
que
nsti-
m
bris
ver-
bis